

2.
/.
/.
2.
3
/.
/.
/.
2.



5

XVII.

II 16.

1668, 1.

1

16


DISSERTATIO
INAUGURALIS
De
INVESTITURA
FEUDI,

QUAM,
PRÆSIDE DEO OPT. MAXIM.
PERMISSU ET AUTHORITY
MAGNIFICI,
NOBILISSIMI ET
AMPLISSIMI ICTORUM
ORDINIS IN ILLUSTRI MAR-
PURGENSI ACADEMIA

PRO
*Honoribus & privilegiis summi in utroq; jure gradus
impetrandis*
Examinis publico submittit

JOHANNES GEORGIUS Brandt /
MARPURG. HASSUS.

*Ad diem Septembris anno 1668.
horis locoq; consuevis.*



MARPURGI CATTORUM,
Typis SALOMONIS SCHADEWITZII, Acad. Typogr.
Anno M.DC.LXVIII,

(Diss. iur. vol. 690)



1771

11. 10.

INVESTITURA
FEUDI
MAGNIFICI
NOBILISSIMI ET
AMPLISSIMI ICTORUM
ORDINIS IN HUIUSMODI MAR-

IOHANNES GEORGIUS
MAGNIFICI
NOBILISSIMI ET
AMPLISSIMI ICTORUM
ORDINIS IN HUIUSMODI MAR-

Handwritten marginal notes on the right edge of the page.





BONO CUM DEO!

Hoc enim aquiritur prescri-
ptione, successione vel In-
vestitura 2. feud. tit. 2. 2.
feud. tit. 26. §. si quis per
triginta &c. 2. feud. 33.
in prin. Ludov. in sy-
nops. feud. cap. 7. pag. 168.
Arum. disp. feud. 5. thes. 2. d. Vult. lib. 1. feud.
cap. 9. n. 4. Gæd. disp. feud. 3. th. 37. Sed de ul-
tima impræsentiarum ratione instituti tantum
tractabimus.

THES. I.

Investitura dicitur ab investiendo, quod à veste est, quia sæ-
pius veteres vestimentum & vestituram promiscuè usurpa-
runt,

A 2

runt,

runt, unde & alibi vocatur investitio 1. feud. tit. 26. pr. 1. feud. tit. fin. Niell. disp. feud. 4. th. 1. L. A. Struv. in syntgam. jur. feud. cap. 8. aphor. 1. Andr. Knich. tract. de investit. paction. part. 1. cap. 1. n. 1. quanquam Rittersh. partit. feud. lib. 1. cap. 8. q. 2. Godofr. Anton. disp. feud. 4. th. 1. L. C. Bocer. tract. d. investit. cap. 1. n. 15. hanc vocem barbaram esse, & à germanico vesten quod firmum significat, deductum velint.

THES. II.

Quamvis autem Investitura significat 1. ipsum actum investiendi 1. feud. tit. 25. 2. feud. tit. 3. die Belehnung. 2. possessionem feudi 2. feud. tit. 7. 3. scripturam ad memoriam feudi concessi confectam, der Lehnbrieff 2. feud. tit. 72. Rittersh. d. l. Vult. d. lib. 1. feud. cap. 7. n. 5. Wesenb. de feud. cap. 8. n. 11. Godofr. d. l. th. 11. Schultz. in synoph. feud. cap. 9. n. 4. Bocer. d. tract. cap. 1. n. 12. prima tamen acceptio est hujus loci.

THES. III.

Et in hâc acceptione est aliud nihil quàm solennis feudi traditio à Domino vasallo verè vel fictè facta arg. 2. feud. tit. 1. & 2. 2. feud. 11. pr. & 2. feud. tit. 33. pr. Ludov. d. l. cap. 8. p. 170. seq. Bocer. d. tract. cap. 1. pr. Vult. v. feud. cap. 7. n. 6. Arum. disp. feud. 5. thes. 5.

THES. IV.

Q. hîc: An investitura sit contractus? R. Godofr. d. disp. 4. th. 2. L. B. Niell. disp. feud. 4. th. 2. L. B. Bocer, d. tr. cap. 2. n. 24.

n. 34. & alii quaestionem affirmant. verum si accuratius res consideretur, negativa verior est, nam aliud est conventio per quam feudum constituitur, aliud investitura per quam feudum hinc inde acquiri dicitur 2. feud. tit. 2. & tit. 33. Lud-
 vvel. d. cap. 8. p. 171. Zabel. exercit. feud. 8. assert. 9. nullibi
 etiam in jure feudali investitura vocatur contractus nec per
 hunc rerum Dominia transferuntur l. 20. Cod. de pact. l. 3.
 ff. de oblig. & act.

THESES. V.

Investitura alia est vera alia abusiva. Hanc divisionem
 negat quidem Niell. d. disp. 4. th. 3. L. f. & alii, ast contra re-
 xum expressum in 2. feud. tit. 2. & 33. Ratio est quia sicuti
 jure civili traditio alia est vera alia ficta l. 6. ff. de donat. vid.
 Hotom. Illustr. quaest. 12. Ita & jure feud. investitura alia est
 vera alia abusiva illa est quâ vasallus in rei feudalis possessio-
 nem corporaliter inducitur 2. feud. tit. 2. & 33. Wann er
 in das Lehen geföhrt und eingewiessen wird. Hæc v. est qua
 feudum sine corporali possessionis traditione vasallo ceditur.
 2. feud. tit. 2. In illa res feudalis ipsa; in hac non realiter sed
 typicè mediante aliquo signo quo res feudalis denotatur, tra-
 ditur Wesenb. d. cap. 8. n. 11. Godofr. d. th. 8. L. A. Zæf. de jure
 feud. cap. 6. n. 4. Struv. d. cap. 8. n. 3. Bocer. d. tr. cap. 2. n. 70.
 ubi plures.

THESES. VI.

Investitura abusiva fit verbis non quidem solennibus
 arg. l. 10. Cod. de contrah. stipul. sed quibuscunque volunta-

(6)

tem domini experimentibus arg. §. 1. *Inst. D. verb. oblig. & signis*, quæ uti varia sunt feudorum & vasallorum genera, ipsa etiam varia esse solent ut gladius, vexillū, hasta, annulus, &c. *vid. Gudelin. de jur. feud. cap. 6. n. 2. seqq. Bocer. d. tr. cap. 2. n. 72. & seqq. Ludovvel. d. cap. 8. p. 189. & seqq. D. Vult. d. cap. 7. n. 9.*

T H E S. VII.

An investitura abusiva sit modus domini acquirendi? *3.* Negant simpliciter *Godofr. disp. feud. 5. th. 1. L. A. Zæf. d. cap. 6. n. 6. & alii.* Sed rectius disting. inter genera abusivæ investituræ, nam quando vasallus quidem solenniter investitur sc. coram paribus curiæ & porrecto ei quadam symbolo dicenteque domino se facere investituram sed possessio vel apud dominum adhuc manet, ut de qua transferenda nihil fuit actum *2. feud. tit. 26. §. facta &c.* vel manet possessio penes vasallum de cujus feudo alius investitur in casum quo sine feudi successore decessurus est *1. feud. tit. 3. & tit. 9.* tunc non est modus acquirendi domini cum rem feudalem non faciat, nec tribuat Jus in re sed ad rem; In reliquis v. casibus de quibus *vid. Bocer. d. tr. cap. 2. n. 75.* aliud dicendum est.

T H E S. VIII.

Vasallus abusivè investitus propria autoritate vacuum feudi possessionem ingredi potest, nam hæc tacita intelligitur domini voluntas investientis ut vasallus feudi possessionem quocunq; tempore apprehendat. Hinc etiam ab temporis prioritate & jus in re quæ situm abusivè investitus præferen-

serendus erit in petitione feudi verè investito 2. feud. tit. 7.
§. 1. & tit. 8. eod.

THESES. IX.

Utraq; investitura subdividitur in simultaneam & non simultaneam. Illam vocant solennem feudi possessionem à domino pluribus simul de uno eodemque feudo collatam, ideoq; illis qui hac investitura feudum acceperunt jus conjunctæ manus tributum dicitur, daß sie ein samptlich Lehen außgebracht und erlangt haben. Hanc appellant ubi eodem modo feudum non conceditur, da man nicht in gesampten Lehen siset Carpz. disp. feud. 6. posit. 48. Obrecht de feud. lib. 2. cap. 8. Godofr. disp. feud. 1. th. 7. L. 1. Hunn. tr. d. feud. cap. 11. Bocer. d. tr. cap. 2. n. 84. & seqq.

THESES. X.

Investituræ simultaneæ sunt duæ species 1. quâ id nominatim agitur ut simul investiti in feudum illud mutuò succedant. 2. quâ plures communiter de feudo eodem sine istac conventionem de mutua successione investiuntur. Ex illa defuncto vasallo sine filiis superstes simul investitus in feudum succedit. Ex hac verò alter alteri non succedit sed feudum ad dominum revertitur 1. feud. tit. 1. §. 2. 1. feud. tit. 8. §. fin. & 1. feud. tit. 14. §. fin. 2. feud. tit. 12. pr. & tit. 18. eod.

THESES. XI.

Investituram facere possunt domini rerum suarum legitimam administrationem habentes sive sint clerici sive laici 1. feud.

ci 1. *feud. tit. 1. 2. feud. tit. 63*. dicuntur in jure feudali passim domini, interdum etiam seniores 1. *feud. tit. 17. & seq.* honoris causa *Ludvvel. cap. 5. p. III.* Hinc inferitur 1. quod tutor prædium pupilli in feudum dare nequeat *arg. 2. feud. pr. l. 16. Cod. l. 22. l. 46. ff. de admin. & peric. tut.* infeudatio enim est species alienationis, qui igitur removetur ab alienatione ab eodem & infeudationem removeri necesse est *D. Vult. vir de iurisprudencia meritiſſimus 1. feud. cap. 3. n. 1. & 3. Gæd. d. disp. 4. th. 1. L. L. & th. 2. L. A. 2.* removentur pupilli quibus jus rerum administrandarum non competit *l. 17. ff. d. jur. rejur. ii. ff. & Cod. de admin. & perie. tut.*

THESES. XII.

An tutores vel curatores decreto magistratus accedente investire possint? *R. neg. regulariter, quia personæ prædictæ decreto interveniente tantum alienare possunt in casu necessitatis l. 12. Cod. de præd. minor. sc. ob æs pupilli alienum urgens quod aliunde solvi nequit l. 5. §. 9. & seqq. ff. de reb. eorum qui sub tut.* At in casu quæſtionis nulla est necessitas. 2. donatio nec ex decreto valet *l. fin. Cod. si major fact. alien.* At datio in feudum est donatio 2. *feud. tit. 23. §. fin. 1. feud. tit. 27. §. feudum enim &c.* Excipe 1. si pupillo vel minori opus sit ad jutore potenti contra eum à quo vim sustinet nec aliter se ac res suas tueri potest quam auxilio vasalli. 2. si pupillus & minor sint personæ illustres *Godofr. Anton. d. l. th. 1. ubi allegat Geil. 2. obs. 27. n. 8. seq. Schulz. in synops. feud. d. l. sap. 4. n. 37.*

THESES.

THESES. XIII.

An pupillus dicto casu obligetur naturaliter? R. Excludimus infantem & infantia proximum ob defectum intellectus §. 9. *Inst. de inut. stipl.* De proximo autem pubertati quaestionem affirmamus per l. 1. §. 1. ff. de novat. l. 25. §. 1. *quand. dies legat. l. 127. ff. de V. oblig. Bocer. d. tr. cap. 3. n. 3. seqq.* consentire enim potest *Hahn. in not. ad Wenserb. tit. de pact. n. 5. & passim. Bronch. cent. 1. assert. 32.*

THESES. XIV.

Dominus vel ipsemet in propria persona vel per alium sc. Cancellarium, Administratorem, procuratorem investire potest 2. *feud. tit. 3. §. sed utrum &c. Ludov. cap. 8. p. 173.* nonnulli quidam singulariter ut de feudis nomine principis investiat vasallos constituitur quem praepositum feudorum *Lehnprobst* vocant *Struv. d. l. th. 5. n. 5.* Excipe feuda Regalia quae dantur per vexillum *Fahnlehen* / illa enim ab ipso Imperatore vel Rege Rom. conferri debent *Aur. Bull. Caroli IV. Imp. cap. 5. R. i. de Anno 1221. §. und sollen wir re. Godofr. d. l.*

THESES. XV.

An procurator investire possit? R. neg. i. de eo cui administratio simpliciter est commissa, quia eius est tantum administrare l. 1. §. 1. ff. d. offic. procurat. *Cesar. l. 1. §. 2. ff. ad Sctum. Maced.* 2. de procuratore cum libera, quia talis non
 B potest

potest donare l. 28. §. fin. ff. de pact. l. 7. pr. ff. de donat. Si vero speciale habuerit mandatum tunc dominus ipse investire videtur 2. feud. tit. 3. §. sed utrum &c. l. 9. §. 2. ff. de donat. Arum. disp. feud. 3. th. 29. Bocer. d. tr. cap. 3. n. 51. seq. Schrad. tract. feud. part. 4. cap. 1. n. 70. seq.

THESES. XVI.

An foemina de feudo investire possit? &c. Aff. regulariter 1. feud. tit. 1. §. 6. 2. feud. tit. 3. §. 1. 2. feud. 91. potest enim esse domina rerum suarum earumq; legitimam habere administrationem, in alium igitur conferre l. 31. §. 1. ff. de donat. nisi ex statuto alienare prohibeatur Vult. 1. feud. cap. 3. n. 9. Godofr. Anton. disp. feud. 2. th. 2. L. A. Wesenb. de feud. cap. 4. n. 5. Struv. d. cap. 5. aphor. 3. n. 1. Gudelin. part. 2. cap. 1. n. 3. Zaf. cap. 2. n. 7.

THESES. XVII.

Quid de clerico? &c. de papa non est dubitandum propter plenissimam potestatem quam habet in Ecclesias cap. 2. de prabend. in 6. clement. 1. in fin. ut lit. pen. nihil innov. can. 10. can. 13. can. 17. causa 9 q. 3. Sed de inferioribus quæstio negatur regulariter, cum non sint domini sed tantum administratores cap. 2. x. de donat. nisi accedat consensus Pontificis & capituli causa probè perpensa cap. 1. & seq. x. de reb. Eccles. non alien. in 6. Idem possunt in rebus infeudari solitis si ad Ecclesiam redierint 1. feud. tit. 1. §. 6. 2. feud. tit. 91. quod etiam caret dubio in rebus propriis 2. feud. tit. 35. pr. vid. D. vult. 1. feud. cap. 3. n. 11. Arum. disp. feud. 3. th. 9. Gudelin. d. cap. 1.

cap. 1. n. 6. Zæf. cap. 3. n. 9. Bocer. d. tr. cap. 3. n. 55. Struv. d. l. n. 2. Rittersh. 1. cap. 5. quest. 6. Carpz. disp. feud. 3. posit. 12. Hunn. tr. feud. cap. 7. Luduvvel. in synops. feud. cap. 5. p. 123.

THESES. XVIII.

Feudum Ecclesiæ apertum prælatus alicui ex cognatis suis in feudum concedere potest, nullibi enim hoc prohibitum reperitur facit cap. 25. x. de præbend. Mynsing. cent. 5. observ. 47. ubi receptam hanc sententiam esse eique communem Germaniæ consuetudinem suffragari asserit. Luduvvel. d. cap. 5. p. 125. Bocer. d. tr. c. 3. n. 56. seq. Rosenth. de feud. cap. 4. conclus. 23. modo talis investitura non sit suspecta arg. d. cap. 10. x. de præbend.

THESES. XIX.

Imperator de feudo investire potest 1. in patrimonialibus vid. Godofr. Anton. disp. feud. 2. th. 4. L. B. 2. In fiscalibus & bonis imperii 1. feud. tit. 7. 1. feud. tit. 14. modo infeudatio bonorum imperii in ejusdem gravem læsionem non vergat D. Vult. 1. feud. cap. 5. n. 15. Godofr. Anton. d. l. B. Bocer. d. tract. cap. 3. n. 66. & seqq. & n. 96. & tract. d. Regal. cap. 4. n. 15. Luduvvel. in synops. feud. cap. 5. p. 130. Quid hodie circa investituram ducatus, comitatus &c. Obtineat vid. novissima Capitulatione art. 30. Capitul. Carol. V. Imp. art. 25. Ferdin. II. art. 31. Ferdin. III. art. 35.

THESES. XX.

Vacante imperio investiunt Electores Palatinus Rheni
 B 2 & dux

& Dux Saxoniae sc. in feudis quae non sunt principum horum enim investitura soli imperatori specialiter reservata est *Aur. Bull. Caroli IV. Imper. tit. 5. ubi Rümelin dissert. 4. th. 19. Schuz disp. ad ius publ. 5. th. 19. L. D. Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 4. n. 37. & seq. Carpz. de Leg. Reg. cap. 11. sect. 15. n. 14.*

THESES, XXI.

Quando tempus petendae investiturae annum in feudis principum durante vicariatu expiraturum, an eo casu, ne feudi subeat jactura investituram à vicariis petere licet? *Re. disting. inter casum absentiae Imperatoris, & quaestio affirmatur R. j. Zu Wormbs de anno 1521. §. und behalten uns bevor 2c. Et casum mortis Imperatoris, & quaestio negatur, nam hoc soli Imperatori specialiter reservatum est. Et non privatio sed contemptus arguit moram; tempus quoque petendae investiturae tam diu non currit quam diu sine sua culpa quis petere investituram impeditur.*

THESES, XXII.

Imperator Rom. ex plenitudine potestatis invito possessori rem auferre & alii dare in feudum regulariter non potest *arg. l. 3. Cod. de resc. vend. quia id quod nostrum est sine nostro facto ad alium transfetri nequit l. 11. ff. de R. j. quae regula cum ex naturali ratione robur suum habeat, perpetua est §. 11. Inst. de jur. nat. Gent. & civ. can. fin. causa 2. q. 1. l. 13. §. 1. ff. comm. prad.*

THESES.

THESES. XXIII.

Rusticus de feudo investire potest *arg. 2. feud. tit. 3. pr.* est enim & hic dominus rerum suarum earumq; liberam habet administrationem nec uspiam prohibitus legitur *D. Vult. lib. 1. feud. cap. 3. n. 14. Godofr. disp. feud. 2. th. 2. L. C. Schults cap. 4. n. 26. Ludovvel. cap. 6. p. 151. Bocer. d. tract. cap. 3. n. 112. seqq.* Quod & verum est de surdo & muto *arg. l. 48. ff. de oblig. & act. l. 23. §. 2. ff. de donat.* Si quis tamen simul surdus & mutus & quidem natura sit, investire nequit, quia nihil intelligit *Vult. 1. feud. cap. 3. n. 8. Schults d. cap. 4. n. 47. Ludovvel. d. cap. 6. p. 157.*

THESES. XXIV.

Furiosum & mente captum consensus & intellectus destitutio ab omni contractu removet *l. 5. l. 40. ff. de R. j.* nec tantum dare sed & renovare feudum ejusmodi homines impediuntur; secus si habeant dilucida intervalla *l. 6. Cod. de curat. furios. l. 9. Cod. qui testam. fac. Bocer. de tract. cap. 3. n. 49.*

THESES. XXV.

Hodie omnes quibus aliquid acquirere legibus non est interdictum investiri de feudo possunt nulla sexus, ætatis, ordinis vel qualitatis habita ratione *2. feud. cap. 3. & dicuntur vasalli, fideles, clientuli, milites 1. feud. tit. 4. 1. feud. tit. 13. & 22. vid. Ludovv. cap. 5. p. 112. Vult. 1. feud. cap. 4. n. 4. Godofr. disp. feud. 2. th. 6. Schults cap. 5. n. 2. seq. Wesenb. de feud.*

feud. cap. 5. n. 2. Bocer. d. tract. cap. 3. n. 131. ubi plures. Hinc
infertur :

THESES. XXVI.

Fœminam feudi novi esse capacem 1. feud. tit. 8. §. 28.
2. feud. tit. 17. 30. & 50. non verò feudi antiqui regulariter
2. feud. tit. 1. §. 3. 1. feud. tit. 8. §. 3. 2. feud. tit. 11. §. 1. 2. feud.
tit. 23. Vult. 1. feud. cap. 4. n. 5. Gœd. disp. feud. 4. th. 6. L. B.
Godofr. disp. feud. 2. th. 6. L. A. Arum. disput. feud. 3. th. 32.
Luduvvel. d. cap. 6. p. 140. seq.

THESES. XXVII.

Infans qui in tutela est, investiri de feudo potest tutore
authore arg. 2. feud. tit. 3. §. 1. vers. personam &c. & arg. l. 31. §.
2. ff. de acquir. vel amit. possess. Si verò adhuc est in potesta-
te patris sui constitutus, is nomine filii fam. investiendus erit
arg. l. 18. Cod. de jur. de lib. Bocer. d. tr. cap. 3. n. 135. ubi plures.
dissentit. Godofr. d. th. 6. L. B. Niell. disp. feud. 2. th. 5. L. A.

THESES. XXVIII.

Infantia proximus investiri de feudo potest sine tuto-
re authore arg. §. 10. Inst. de inut. stipul. Et talis nusquam in
jure feudali legitur prohibitus. 2. ei juramentum & servitia
usq; ad annos pubertatis remittuntur 2. feud. tit. 26. §. si mi-
nori &c. Quatenus sc. rem suam facit meliorem, aliàs enim per
beneficium restitutionis in integrum juvatur 2. feud. tit. 3.
Rosenth. de feud. cap. 3. conclus. 8. n. 3. Obrecht de feud. lib. 2.
cap. 2. n. 32. Luduvvel. d. l. Bocer. d. l. n. 137.

THESES.



THESES. XXIX.

Minor pubes sine curatoris consensu investiri potest 1. quia nullibi in libris feudalibus prohibetur. 2. argumento decisionis quaestionis praecedentis. 3. quia obligatur ex iuramento *auth. sacramenta puberum Cod. si advers vend. arg. 2. feud. tit. 26. §. si minori &c.* Fallit si rem suam propriam allodiam in feudum ab aliquo recognoscere velit *Vult. 1. feud. cap. 4. n. 6. Godofr. disp. feud. 2. th. 6. L. B. Bocer. d. tr. cap. 3. n. 139.*

THESES. XXX.

Investitura fit vasallo vel in propria persona vel alii eius nomine sc. gestori, procuratori 2. *feud. tit. 3. §. sed. utrum &c.* 2. *feud. tit. 85. §. item sciendum &c.* Servo curiae 2. *feud. tit. 3. §. personam &c.* Ita tamen ut fiat coram paribus Curiae 2. *feud. tit. 2. & 33. §. nec dicatur &c.* Si v. justa de causa dominus conspectum vasalli urgeat, hic in propria persona investituram accipiet, quod, propter anceps perjurii periculum, & iuri civ. scripto in *l. pen. §. 4. Cod. de R. C. l. 2. §. 2. ff. rerum am.* conveniens est. *Godofr. d. l. th. 8. L. C. Carpz. disp. feud. 6. posit. 21. seqq. Obrecht d. lib. 2. cap. 8. n. 91.*

THESES. XXXI.

De rustico idem affirmatur 1. quia nusquam prohibetur, 2. per textum in 2. *feud. tit. 34. §. 1. vers. cum Curia &c.* & arg. 2. *feud. tit. 10. vid. D. Vult. 1. feud. cap. 4. n. 10. Niell. d. disp. 2. th. 6. L. L. Schraab. d. n. 7.* Nec minus praecleara virtutis facta

cis facta præstare potest quàm quispiam alius *Bocer. d. l. n. 146. & seqq.*

THESES. XXXII.

An spurius novam investituram accipere possit? *R.*
Affirm. *arg. 2. feud. tit. 3. §. personam.* Tum quia servo quoque jus accipiendæ investituræ tribuitur *d. tit. 3.* qui tamen jure civ. pro nullo habetur *l. 21. ff. de R. j.* Tum quia spurio civilis dignitas adjungitur *l. 16. pr. ff. de decur. junct. l. 15. pr. ff. ad municip. l. 8. C. de decur. Niell. disp. feud. 2. th. 6. L. D. Schrad. tr. feud. p. 4. cap. 3. n. 7. Bocer. cap. 3. n. 140.*

THESES. XXXIII.

Quid de clerico? *R.* Et de hoc affirm. sive sit secularis *2. feud. tit. 40. §. fin. cap. 6. x. de for. comp.* Sive monachus, licet hic monasterio, cui se mancipavit, acquirat, nam ipse non magis ac servus aliquid proprii possidere nequit *auth. ingressi Cod. de ss. Eccles.* Modo monasterium tale sit, ut feudum possidere possit, *Vult. d. cap. 4. n. 9. Godofr. d. th. 6. L. D. Gæd. disp. feud. 4. th. 6. L. E. Arum. disp. feud. 3. th. 41. seq. Rosenth. de feud. cap. 3. conclus. 4. Schulz d. cap. 5. n. 16. & 18. Borcholt de feud. cap. 5. n. 49. Ludvvel. synops. feud. cap. 6. p. 153. Wesenb. de feud. cap. 5. n. 2. Bocer. d. tr. cap. 3. n. 145.*

THESES. XXXIV.

Servus à domino suo rectè de feudo investitur *2. feud. tit. 3. §. 1. vers. personam &c.* Non tamen quatenus est servus sed

sed quatenus libertatem expressè vel tacitè unà consequitur
d. 2. f. tit. 3. Quod & verum est de servo alieno, ita tamen ut,
 si contemplatione Domini feudū fuerit datum non servo, sed
 domino acquiratur *arg. l. 79. ff. de acquir. vel am. poss.* Quod
 & in dubio procedit, *Vult. d. cap. 4. n. 7. Arum. disp. feud.*
3. th. 37. Schulz d. cap. 5. n. 8. Hunn. tr. feud. cap. 8. Si verò
 eo animo facta sit investitura, ut ipsemet servus non ejus do-
 minus feudum habeat, inutilis est investitura, *arg. §. 3. Inst.*
per quas person. cuiq. acquir. vid. Bocer. d. l. n. 133.

THESES. XXXV.

Quia verò ob communionem juris civ. filii fam. melio-
 ri utuntur conditione quàm servi, magis dicendum est illis
 quoq; feuda per investituram acquiri posse, modò ab alio
 quàm patre investiantur *vid. D. Vult. d. cap. 4. n. 8. Godofr. d.*
th. 6. L. C. Arum. disp. feud. 3. th. 38. Schulz d. cap. 5. n. 10.
 Quia hoc esset donatum, quod inter patrem & filium fam.
 non subsistit, *l. 1. §. 1. ff. pro donat. Niell. disp. feud. 2. th. 5. L. L.*
Gæd. disp. feud. 4. th. 7. L. A.

THESES. XXXVI.

Magni momenti quæstio est; An filius fam. usumfru-
 ctum feudi sibi concessi acquirat patri, an verò sibi retineat?
 R. Affirm. posterius, feuda enim non censentur jure bono-
 rum allodialium sed naturam ab illis habent planè diversam
 quin etiam cùm contemplatione militiæ, ut eò commodius
 servitia vasalli expediant, concedantur, utique jure castrensis
 peculii vel quasi, in quo filius fam. pro patre fam. habetur,
 C zsti-

estimanda erunt *D. Vult. d. cap. 4. n. 8. Gæd. d. th. 7. L. C. Godfr. d. th. 6. L. C. Arum. disp. feud. 3. th. 39. Schulz d. cap. 5. n. 12. Hunn. tr. feud. cap. 8.* à qua sententia consulendo & iudicando non esse recedendum tradit *Roland. de valle in loco à D. Vult. citato. Ludvvel. d. cap. 6. p. 147. seqq.*

THESES. XXXVII.

Surdus, mutus, cæcus, furiosus, mente captus novam investituram accipere possunt *arg. 2. feud. tit. 3. §. 1. vers. personam &c. 2. feud. tit. 36.* Modò dominus prædictarum personarum vitium non ignoraverit *arg. d. tit. 3.* Quamvis enim tales minus sint idonei ad præstanda ea, quæ aliàs à vasallis exiguntur, attamen dominus investitor gratiã fecisse intelligitur, ita, ut per substitutum aliquẽ servire possint; vel omninò feudum francum dedisse videtur *Vult. d. cap. 4. n. 11. Bocer. d. tr. cap. 3. n. 134.*

THESES. XXXIII.

Incapaces investituræ sunt hæretici *arg. l. 4. l. 10. 12. & 18. Cod. de heret. Apostatæ l. 4. Cod. de apostat. Vult. d. cap. 4. n. 12. Gæd. disp. feud. 4. th. 8. L. A. Schulz d. cap. 5. n. 25.* Excommunicati, excommunicatione sc. majori, cum quibus omne commercium interdictum est Christianis, *can. 16. 19. 32. seq. causat 1. q. 3. Vult. & Gæd. dd. ll. Schulz d. cap. 5. n. 26.* Quibus annumerantur aperti usurarii & reliqui infames, *arg. 2. feud. tit. 37.* Domino enim paribusq; curiæ minus esset honorificum ejusmodi homines pati in suo consortio, vel ab his in decidendis controversiis requirere testimonia, *Godfr. d. disp.*

d. disp. 2. th. 6. L. f. Gæd. disp. feud. 4. th. 8. Ludovvel. d. cap. 6. p. 157. seqq. Bocer. d. tr. cap. 3. n. 141.

THESES. XXXIX.

Investitura est traditio feudi; feudum autem est usufructus quidam in re aliqua immobili inter dominum & vassallum mutue fidei causa jure feudali concessus 2. feud. tit. 23. in fin. Ludovvel. cap. 2. p. 25. Carpz. disp. 1. posit. 32. Niell. disp. feud. 1. th. 6. L. 1. Hattys. in analys. feud. cap. 2.

THESES. XL.

Si vassallus investitus fuerit de territorio an & jurisdictio concessa intelligatur? R. Affirm. si jurisdictio territorio cohaereat arg. cap. accessorium 41. de R. j. in 6. & arg. l. 13. §. 3. ff. de act. empt. Secus, si non cohaereat quæ distinctio usu est recepta vid. Godofr. disp. feud. 3. th. 4. L. C. D. Vult. 1. feud. cap. 5. n. 5. ubi plures. Gæd. disp. feud. 5. th. 9. L. C. Ceterum ex jure justin. quæstio simpliciter negatur, quia eo jure jurisdictio territorio non cohaeret, sed personæ tantum inest, Finckelsh. disp. feud. 3. th. 11. Hunn. tr. feud. cap. 9.

THESES. XLI.

Vassallus si investiatur de territorio cum jurisditione nominatim, an & imperium concessum intelligatur? R. Affirm. quod mixtum arg. l. 1. in fin. ff. de offic. eius l. fin. ff. eod. junct. l. 2. ff. de jurisdict. Godofr. disp. feud. 3. th. 4. L. C. Schulz d. cap. 6. n. 8. Carpz. disp. feud. 2. th. 23. Neg. quod imperium

C 2

merum,

merum, quia hoc est aliud à juris dictione *Vult. d. cap. 5. n. 5.* utiq; igitur specialiter est concedendum *d. l. 1. ff. de offic. ejus &c.* Illa verò quo specialiter concedi solent in concessione generali non venire indubitati est juris *cap. in generali 81. de R. j. in 6. vid. D. Gæd. disp. feud. 5. th. 8. L. D. Schulz d. cap. 6. n. 9. Hunn. d. cap. 9.* Aliud tamen pronuntiandum puto si in investitura dictum fuerit de omnimoda sive plenissima jurisdictione v. gr. *Wir belehnen dich mit diesem Flecken sampt aller Obrigkeit und allen Gerichten.* Quod & utui loquendi & idiomati nostro conveniens est; maximè quia hodie omnes jurisdictiones ferè cœperunt esse patrimoniales & quilibet princeps inferior est Magistratus perpetuus, ideò aliis quoque & merum imperium in feudum concedere potest.

THESES. XLII.

In concessione tamen omnimodæ jurisdictionis regalia etiam translata esse non intelliguntur, quia 1. regalia cū jurisdictione ita non conveniunt, ut jurisdictio sit genus regalium *Vult. 1. feud. cap. 5. n. 7.* 2. quia regalia à principe non nisi specialiter tribuuntur *Vult. d. l. ubi plures laudat. Godofr. disp. feud. 3. th. 6. L. A. Schulz cap. 7. n. 23. Ludov. cap. 13. p. 350. seq.* Fallit si imperator in eo ducatu &c. Præter regalia nulla habeat jura *arg. l. 24. ff. de instruct. vel instrum. legat. Bocer. d. tr. cap. 3. n. 108.*

THESES. XLIII

Sunt autem Regalia jura imperatori vel aliàs superiorem non

non recognoscenti in signum supremæ potestatis & imperii
utilitatem competentia *Luduvvel. d. cap. 13. p. 323. D. Vult. 1.*
feud. cap. 5. n. 7. Bocer. tr. de regal. cap. 1. n. 1. Sixtin. de regal.
lib. 1. cap. 1. n. 1. seqq.

THESES. XLIV.

Suntque majora vel minora. Majora sunt quæ statum
ipsum concernunt. Minora verò quæ ad fiscum spectant.
Illa sine discrimine in feudum per investituram concedi non
possunt *Reichs Abschied zu Regenspurg de anno 1576. §. Dar-*
durch dann ibi. zu unser Keiserlichen sondern Hochheit und
reservaten. &c. Constit. Frider. Imper. de pace Constant. §. vo-
lumus ut regalia &c. Reichs Abschied zu Augspurg von re-
formation guter pollicey in fin. §. doch einer jder Obrigkeit so re-
galien von uns und dem H. Römischen Reich hat 2c. Minora
verò indistinctè ita concedi possunt vid. Bocer. d. tr. de inve-
stit. cap. 3. n. 97. seqq. Luduvvel. d. cap. 13. p. 350. Rosenth. d.
cap. 5. conclus. 10. & seqq.

THESES. XLV.

An concessio in feudum ducatu, Comitatu &c. eo ipso
etiam regalia concessa intelligantur? & neg. quia i. regalia
tanquam jura in signum supremæ potestatis imperatori re-
servata sine speciali concessione translata non intelliguntur
cap. 4. x. de offic. legat. 2. quia aliquis potest esse Dux vel Co-
mes &c. etiamsi exercitium regalium non habeat. Facit
2. feud. tit. 26. §. in generali l. 6. ff. de pignor. & hypoth. Aur.
Bull. Car. IV. Imper. tit. 9. vid. Bocer. d. l. n. 113. D. Luduvv. d. cap.
13. p. 351.

THESES. XLVI.

An regalibus in investitura expressis & generali clausula adiecta : cum omnibus & quibuscunq; aliis v. gr. Wir be-
 lehnen dich mit der Herrlichkeit der Gold und Silber Gruben/
 auch allen andern regalien in dieser Marckung ; reliqua etiam
 non expressa tam majora quam minora veniant ? R. veniunt
 tantum ea quæ expressis similia sunt, vel minora transeunt
 arg. cap. 15. de rescript. sequens enim genus enumerationem
 specierum ad species expressis pares restringendum est arg.
 l. fin. §. fin. ff. de trit. vin. & ol. legat. Ludov. d. l. p. 354. Ideo
 hoc modo investitura facta cujuscunque generis metalli fo-
 dinæ in feudum datæ censentur Bocer. d. tr. cap. 3. n. 109.

THESES. LXVII.

Molendina quæ solo affixa sunt quin dari in feudum per
 investituram possint, nemo dubitat Vult. 1. feud. cap. 5. n. 5.
 Godofr. disp. feud. 3. th. 4. L. F. Schulk. d. cap. 6. n. 12. Affir-
 mo etiam de iis quæ schiffmühlten dicuntur quia res per se mo-
 bilis voluntate patrisfam ad certum usum eumq; perpetuum
 destinata pro immobili censetur l. 242. de v. s. Gæd. disp.
 feud. 5. th. 7. L. C. & Finckelsh. disp. feud. 3. controvers. 20. 3. Af-
 firmo etiam de iis quæ Windmühlen dicuntur, quia stipites
 eorum ut plurimum in terra defixi sunt Rosenth. de feud. cap. 4.
 conclus. 4. Niell. disp. feud. 3. th. 1. Hunn. tr. feud. cap. 9.

THESES. XLVIII.

Investitura fit vel purè vel in diem vel sub conditione
 2. feud.

2. tit. 2. & 9. 2. feud. tit. 35. Estimatur qualitas investi-
 turæ partim ex contractu præcedenti quo feudum constitu-
 tum est, partim ex ipsius investituræ modo d. 2. feud. tit. 35.
 vid. Luduvvel. d. cap. 8. p. 196. Dies est certus vel incertus;
 Illo casu statim nata est obligatio, ante diem tamen peti ne-
 quit §. fin. Inst. de inut. stipul. §. 2. Inst. l. 138. ff. de v. oblig. Hoc
 casu ab initio non existit obligatio sed instar conditionis exti-
 tura speratur Rittersh. partit. feud. 1. cap. 9. Godofr. d. th. 7. L. C.
 Bocer. d. cap. 5. n. II.

THESES. XLIX.

An dominus vasallo adhuc vivente alium in eventum
 feudi vacaturi licite investire possit vulgò eine expectanz oder
 anwartung auff eines andern Lehen geben. R. de jure civili ju-
 stin. etsi hæc quæstio ob vorum captandæ mortis non levem
 habeat dubitationem; de jure tamen feudali & usu moderno
 hoc permissum esse probatur ex 2. feud. tit. 26. §. moribus &c.
 de quo testatur Geil. 2. obs. 155. his verbis: So einer der letzte
 seines Stammes ist/kan oder mag dessen Lehen von dem Lehen-
 hern außgeben und einem andern die anwartung vergönnet
 werden vid. Rosenth. de feud. cap. 4. conclus. 9. & seq. Luduvvel.
 d. l. p. 197.

THESES. L.

An ejusmodi investitura obliget successorem in feudan-
 tis ante possessorem defuncti R. Affirm. de iis qui jure heredi-
 tario defuncto succedunt, defuncti enim sustinent vices l. 49.
 ff. de oblig. & act. l. 149. ff. de R. j. secus qui jure electionis,
 hi enim

hi enim ab Antecessoribus à quibus nullum habent lucrum & cum quibus in pari versantur potestate leges sibi poni haut patiuntur *D. Vult. 1. feud. cap. 7. n. 71. Godofr. disp. feud. 4. th. 3. L. D. Gæd. disp. feud. 3. th. 10. Schults in synops. feud. cap. 9. n. 54. Harrys. in analys. feud. cap. 9.*

THESES. LI.

An investitura in mortis casum concepta evanescat si vasallus post talem liberos susceperit ? R. Affirm. nisi vivo adhuc parente iterum decesserint existente sc. post obstaculum remotum priori conditione *Gæd. d. disp. 3. th. 17. Godofr. d. disp. 4. th. 5. L. C. Hunn. d. tr. cap. 11. Borcholt cap. 7. part. 1. n. 21. Bocer. d. tr. cap. 5. n. 19.*

THESES. LII.

Investituræ solennitas consistit potissimum 1. intestificatione quæ sit testibus vel instrumentis *1. feud. tit. 3. & seq. Testium consideratur tum qualitas tum quantitas. Illa consistit in tribus 1. ut sint homines liberi non servi 2. feud. tit. 58. servi enim nullam habent juris communionem nec actibus legitimis interesse possunt l. 135. ff. de R. j. Bocer. d. tr. cap. 4. n. 51. Gudelin. de jure feud part. 2. cap. 5. n. 6. 2. masculi non foeminae 2. feud. tit. 72. est enim investitura actus legitimus non minus quam testamenti factio Rittersh. 1. cap. 9. q. 2. cum feuda à jure militiæ occasionem traxerint, foeminae autem nec comitorum nec belli communionem habent Ludov. in synops. feud. cap. 8. p. 174. 3. pares Curia, hoc est, alii convasalli ejusdem senioris & quidem unius territorii 2. feud. tit. 33. Gudelin.*



Gudelin. d. l. n. 5. Zæf. d. cap. 9. n. 28. Bocer. d. rr. cap. 4. n. 52.
 ne quid falsitatis excogitetur, in domini perniciem aliis testi-
 bus inductis corruptis fortè pecunia, odio vel gratia, quæ o-
 mnia non sunt metuenda in paribus Curiaè utpote arctiori
 vinculo obstrictis 2. *feud. tit. 58. §. idem sciendum &c. 1. feud.*
tit. 10. vers. rem aliquando &c. 2. feud. tit. 5. vid. Vult. d. cap.
7. n. 26. Finckelth. d. disp. feud. 7. controvers. 14. Rittersk.
lib. 1. cap. 9. q. 2. Gudelin. d. l.

THE S. LIII.

Fallit regula 1. in renovatione feudi veteris 2. *feud. tit.*
32. quia in renovatione investituræ non tanta opus est solen-
 nitate, neque tam facilè falsitatis suspicio locum invenit *Rit-*
tersk. d. l. cum ad normam prioris facta censeatur. 2. si pa-
 res ad testimonium dicendum sint inhabiles, ita ut nec eorum
 tutores præferantur, cum inhabile esse & non esse paria ha-
 beantur *arg. l. 6. ibiq. Dd. ff. q. satis d. cog. vid. Godofr. disp.*
feud. 4. th. 6. L. C. Ludvvel. d. cap. 8. 3. Si consuetudo vel
 statutum loci alicujus aliud suadeat 2. *feud. tit. 1. consuetu-*
do enim rationabilis posterior tollit legem priorem l. 32. ff. de
legib. vid. Ludvvel. d. l. Gudelin. d. l. n. 8.

THE S. LIV.

Si pares Curiaè tempore investituræ faciendæ absint,
 quid juris? *Re. citandi sunt, & quidem ter, expetandiq; illor-*
um enim præsentia omninò necessaria est 2. feud. tit. 33. vers.
nec dicatur &c. Tempus autem ratione distantiaè locorum
 aliarumq; causarum judicis arbitrio est committendum *arg.*
l. 1. ff.

D

l. i. ff. de jur. delib. vid. Gudelin. d. l. n. 7. Ludvvel. d. l. p. 177. Godofr. d. th. 6. L. D. Niell. disp. feud. 4. th. 3. L. D. Vult. d. cap. 7. n. 27. Schulz d. cap. 9. n. 17. Si venire nolint, cogendi sunt dictione mulctæ pœnali que judicio Vult. d. l. n. 29. Gæd. d. cap. feud. 3. th. 7. Niell. d. l. Quod & si contempnant integrum erit domino adhibere extraneos, exploratæ tamen & spectatæ authoritatis 2. feud. tit. 72. §. 1. Godofr. d. l. L. D.

THE S. LV.

Quid de clericis? R. anceps hæc est quæstio inter Jctos Feudistas. Verum in his nullam esse exceptionem statuendam putamus 1. per textum 2. feud. tit. 32. ubi vox, semper, omnem respuit distinctionem quam aliàs faciunt Ludvvel. d. l. p. 183. Wesenb. de feud. cap. 8. n. 14. Godofr. d. l. L. L. & Dd. comm. 2. per rationem; si enim in feudis laicis omnis fraudis & falsitatis suspicio abesse debet & ideò pares adhibentur; multò magis id in feudis Ecclesiæ observandum erit, cum major sit favor hujus quam illius Vult. d. cap. 7. n. 31. seq. Gæd. disp. feud. 3. th. 8. Finckelth. disp. feud. 7. controvers. 15. Struv. cap. 8. th. 5. n. 3. Gudelin. d. l. n. 8. Obrecht de feud. lib. 2. cap. 8. n. 66.

THE S. LVI.

An sufficiat si testes postea efficiantur pares Curia? R. Neg. quod enim ab initio vitiosum est tractu temporis convallescere nequit l. 29. de R. j. vid. Vult. d. cap. 7. n. 23. Gæd. disp. feud. 3. th. 6. L. D. Contra si tempore probationis pares esse desierint sc. vendito vel amisso feudo, nihil nocet investi-

vestiturae vid. *Godofr. Anton. d. th. 6. L. C.* Cum ei qui id, quod leges volunt, executus est, nihil amplius imputari possit.

THESES. LVII.

Quantitas consistit in numero, sufficiunt v. duo idonei
2. *feud. tit. 2. 2. feud. tit. 58. §. 1.* pluralis enim locutio duorum numero est contenta *l. 12. ff. de testib.* Idonei hic sunt homines liberi masculi & pares Curiae, licet qui cautius mercari volunt ob rei gravitatem plures adhibere possunt *Rittersh. d. l. Godofr. disp. feud. 4. th. 6. L. B. Niell. d. l. th. 3. Ludvvel. d. l. p. 185.*

THESES. LVIII.

An pacto vel renunciatione à prædicto numero & qualitate testium recedi possit? R. neg. quia est quædam solennitas, quæ pactis privatorum mutari nequit *l. 18. ff. de pact.* ita, ut nec naturalis inde exurgat obligatio, nec traditione aliquid roboris accedat *vid. Godofr. d. th. 6. L. A.*

THESES. LIX.

Instrumentum super investitura confectum aliàs breve testatum *1. feud. tit. 2. §. & simul &c.* Testium subscriptione opus habet, *2. feud. tit. 32.* qui itidem pares Curiae esse debent si haberi possunt, *2. feud. 2. & 58. vid. Vult. d. cap. 7. n. 59. Schulz d. cap. 9. controvers. 26. Boccr. d. tr. cap. 4. n. 53. Ludvvel. d. l. p. 186.* Etiam si hodie subscriptio parium non adhibeatur sed sufficiat instrumentum domini sigillo esse roboratum eoq; D 2 exprimi

exprimi pares Curiā interfuisse *vid. Vult. d. cap. 7, n. 59, circa fin. Struv. d. l. 1. h. 8, n. 3.*

THESES, LX.

An scriptura sit de essentia investituræ R. neg. ex jure scripto *arg. l. 4. ff. de fide instrum. l. 17. Cod. de pact.* Nisi ut ita fieret convenerit, pacta enim dant legem contractui *l. 17. Cod. de fid. instrum. Vult. d. l. n. 54. Godofr. d. l. L. F. Wesenb. d. cap. 8, n. 31. Gudelin. d. l. n. 9.* Ex usu tamen hodierno scriptura potius de solennitate actus investituræ esse videtur, quod & tutius & consultius est ne fraus sive domino sive agnatis fiat *Vult. d. l. n. 59. Zæs. d. l. n. 31.* proinde etiam in omnibus difficultatibus ad investituræ primæ tenorem tanq. ad Cynosuram recurritur *vid. Rosenth. de feud. cap. 6. concl. 4. n. 1. Obrecht de feud. lib. 2, cap. 8, n. 110. Bocer. d. tr. de invest. cap. 2, n. 66.*

THESES, LXI.

Solennitas 2. consistit in ipsa fide seu fidelitate qua vassallus domino juratò vel etiã sine juramento promittit se ipsi fidelem fore, commoda ipsius promoturum, damna aversum & venerationem præstiturum *2. feud. tit. 5. 6. & seq. 2. feud. tit. 21. Er wolle ihm dem Lehnherren getrew und hold seyn / seinen Schaden wenden / dessen Nutzen fordern / ihm auch gebührende Ehre erzeigen vid. Bocer. d. tr. cap. 4. n. 4. 10. & 20. Ludov. in synops. feud. cap. 14. p. 357.*

THESES, LXII.

Fidelitas interdum pro ipso juramento fidelitatis sumitur

tur 2. feud. tit. 4. 6. & seq. 2. feud. tit. 24. Et hoc ad naturam tantum feudi pertinet vocaturq; vasallagium die Lehenpflicht Vult. 1. feud. cap. 6. n. 7. Bocer. d. l. n. 6. seqq. Ideo in omni feudo & a quovis vasallo præstandum est 2. feud. tit. 3. & 24. arg. cap. 51. x. de testib. Schneidvv. tr. de feud. part. 4. n. 7. Wesenb. de feud. cap. 8. n. 29. Canonista comm. in capit. 7. x. de for. comp. Bocer. d. l. n. 11.

THES. LXIII.

Nihil igitur interest an feudum sit magnum an parvum, jus enim feudale nullam inter talia feuda constituit differentiam Bocer. d. cap. 4. n. 13. Rittersh. synopsis. feud. cap. 6. conclus. 67. Vult. 1. feud. cap. 7. n. 39. Et exceptio 2. feud. tit. 24. §. est & alia &c. posita firmat regulam in casibus non exceptis l. 12. §. 43. ff. de instr. vel instrum. legat. Ludvv. d. cap. 14. p. 360. & seq. Hunn. tr. feud. cap. 11.

THES. LXIV.

Nec diversæ naturæ, quoad præsentem casum est feudum francum 1. argumento eorum quæ ad præced. questionem dicta sunt. 2. si feudum in aliquo recedit à natura & proprietate feudi, in reliquis omnibus propriam feudi naturam retinet. Quamvis igitur feudum francum recedat à natura feudi in eo quod à servitiis liberum est vid. Schrad. de feud. part. 3. conclus. 4. n. 6. D. Vult. 1. feud. 8. n. 91. Godofr. disp. feud. 1. th. 7. L. L. In reliquis tamen eandem retinet arg. 2. feud. tit. 48. Carpz. disp. feud. 2. th. 120. Bocer. d. tr. cap. 4. n. 14. Ludvv. d. cap. 14. p. 361. Idem dicendum est de feudo ex quo

D 3

vasallus



vasallus annuū canonem Domino præstare tenetur *vid. Ro-
jensh. in synops. jur. feud. cap. 6. conclus. 67. Bocer. d. l. n. 15.*

THES. LXV.

An Ecclesia juramentum fidelitatis præstare teneatur?
*Re. Negat Bocer. d. tr. cap. 4. n. 18. Luduvvel. d. cap. 14. p. 362.
Hattys. cap. 9. Verum cum Prælati ac Præsules nomine Ec-
clesiæ feuda accipientes fallere & perfidè agere possint, quæ-
stio affirmanda erit, facit cap. un. §. verū de stat. regular. in 6.*

THES. LXVI.

Juramentum fidelitatis præstat vasallus vel ipse vel per
procuratorem suum *2. feud. tit. 3. & tit. 58. §. item investitu-
ra &c. Requiritur autem ut procurator qui ad investituram
accipiendam mittitur speciale à vasallo habeat mandatum
arg. cap. pen. & ult. de juram. calumn. in 6. Geil. lib. 1. obs. 83.
Mynsing. cent. 2. obs. 53. Vult. d. cap. 7. n. 38. Godofr. d. th. 8.
L. B. Bocer. d. cap. 4. n. 21. seqq. Schrad. de feud. part. 5. cap. 3. n. 11.
& Feudista comm. in 2. feud. cap. 3. §. fin.*

THES. LXVII.

Si vasallus pro se & hæredibus suis juramentum fidell-
tatis præstiterit, an eo defuncto ipsius legitimi successores
illud similiter præstare teneantur? *Re. Affirm. fides enim ju-
ramenti non transit ad hæredes jurantis l. 12. pr. Cod. de reb.
cred. & in alterius animam nemo jurare potest nisi habeat
speciale mandatum l. 34. §. 1. ff. de jurejur. facit cap. 14. x. eod.*
Vult.

Vult. d. cap. 7. n. 134. Schults in synops. jur. feud. cap. 7. n. 134
Harrys. d. cap. 9. Boceri. d. l. n. 26. ubi plures.

THESES. LXVIII.

Si vasallus in actu investituræ fidelitatem juravit recipienti pro se & successoribus suis domino, vasallus mortuo illo domino hæredibus ejus juramento fidelitatis se obstringere tenetur 2. feud. tit. 24. pr. & §. 1. 2. feud. 40. pr. Quia de natura feudi quæ sunt nisi pacto speciali tolluntur, impleri necessariò debent, quod de juramento fidelitatis expressè traditur in d. 2. feud. tit. 24. §. est & alia & c. Facit natura correlatorum vid. Boceri. d. l. n. 27. seqq. Schrad. tract. feud. p. 2. cap. 5. n. 30. & seqq.

THESES. LXIX.

Si ligius sit vasallus, contra omnes jurare tenetur, se ipso tamè excepto, adeò ut contra dominum injustè offendentè legitima defensio ipsi sit licita, tū quod ordinata charitas incipiat à se ipsa; tū quod vasallus jurans se dominū contra omnes defensurum, de extraneis non de se ipso cogitasse præsumatur Ludov. d. cap. 14. p. 372. Si verò non sit ligius, jurare tenetur contra omnes excepto imperatore, vel Rege 2. feud. tit. 7. & domino antiquiori, Vult. 1. feud. cap. 10. n. 37. Niell. disp. feud. 7. th. 3. L. C.

THESES. LXX.

An vasallus posteriori domino contra antiquiorem per
 sub-

substitutum saltem servire teneatur? *Re. neg.* vasallus enim fidelitatem promittens tacite semper excipit antiquiorem dominum, adversus quem nullum auxilium promittere potest, ne ipsi in jure antea quaesito praedictum inferatur *vid. Hunn. tr. feud. cap. 13. Godofr. disp. feud. 7. th. 5. Carpz. disp. feud. 8. posit. 17. Ludovvel. cap. 14. p. 372.*

THESES. LXXI.

An filius contra patrem jurare teneatur? *Re. Affirm.* 2. *feud. tit. 28. §. contra omnes &c. 2. feud. tit. 7.* Restringit tamen quatenus pietas & ratio naturalis non resistunt, juramentum enim fidelitatis non ad ea obligat, quae pietati & naturali rationi adversantur: sunt enim impossibilia quorum nulla est obligatio *l. 6. de R. j. in 6. vid. 2. feud. tit. 7. ibi, pro posse meo. cap. 1. de jurejur. in 6. Finckelth. disp. feud. 9. controvers. 8. Vult. 1. feud. 10. n. 43. Ludovvel. d. cap. 14. p. 369. Iohann. Nordermann. in disput. de jure princip. th. 93. ubi duras & barbaras in ejusmodi casibus feudales vocat consuetudines. Ried. in Ethic. pag. m. 61. Hunn. tr. feud. cap. 13. Bocer. d. l. ubi plures. Carpz. disp. feud. 8. posit. 13.*

THESES. LXXII.

Vasallus non requisitus servire regulariter non tenetur 2. *feud. tit. 26. & 28. Fallit 1.* Quando statis diebus certoque anni tempore debet servitia tunc enim dies interpellat pro homine *l. 12. Cod. de controbend. stipul. 2.* Quando vasallus intelligit domino struere insidias vel magnam imminere periculam *d. 2. feud. tit. 26. §. licet. &c. vid. Vult. d. cap. 10. n. 43. Schulz cap. 10. n. 33. Ludovvel. in synopsis. feud. cap. 14. p. 375.*

THESES.

THESES. LXXIII.

Vasallus obligatus est ad liberandum dominum à latro-
nibus vel hostibus incarceratum propter generalitatem tex-
tus in 2. feud. tit. 24. §. item fidelator &c. In quo non distin-
guitur an manu an pecunia liberare debeat. Et si vasallus te-
netur succurrere domino & cum periculo vitæ, multò ma-
gis cum jactura rei familiaris. Fallit si dominus culpa sua pro-
pter æris alieni magnitudinem carceri est inclusus, vasallus
enim regulariter non tenetur debita domini persolvere 2.
feud. tit. 45. in fin. Gæd. disp. feud. 7. ib. 7. L. A. Vult. 1. feud.
9. n. 239. vid. l. 1. Cod. qui bon. ced. poj. Hunn. tract. feud. cap.
13. in fin. Rosenth. cap. 8. conclus. 27. seq. Ludovvel. d. cap. 14.
in fin.

THESES. LXXIV.

Vasallus sine venia Magistratus dominum suum in jus
vocare nequit, sive actio intendatur de re feudali, sive alia
quavis, Jctus enim Modestinus generaliter eas personas, qui-
bus reverentia debetur, sine venia impetrata, vocari prohibet
in l. 13. ff. de in jus voc. Hunn. tr. feud. cap. 13. pr. Wesenb. in pa-
ratit. ff. de in jus voc. n. 6. Carpz. disp. feud. 8. posit. 6. dissentit.
Hahn. in not. ad Wesenb. d. l. D. Ludovvel. d. cap. 14. p. 366.
ubi plures.

THESES. LXXV.

Dominus vasallo suo fidelitatem jurare non tenetur,
tum quia feudorum placitis hoc cautum non reperitur; tum
E tum

quia licet patrōno suo juret libertus, huic tamen ille jurare non tenetur *l. 13. §. pen ff. de damn. infect.* Idque tribuitur honori domini tanquā superioris, de cujus fide erga vasallum tantō minus dubitari potest *vid. Vult. d. l. n. 47. Wesenb. d. cap. 8. n. 25. Godofr. disp. feud. 7. th. 1. L. B. Bocer. d. cap. 4. n. 47. ubi plures. Finckelth. disp. feud. 7. controvers. 23. Obrecht de feud. lib. 4. cap. 7.*

THESES. LXXVI.

Quodnam sit tempus legitimum investituræ petendæ? mirè se se torquent hic Feudistæ propter discordantes textus juris feudalis. Nos distinguimus inter vasallum paganum & militem sc. ut ipso actu militans habeat licentiam petendi investituram intra annum & mensem *1. feud. tit. 21. pr. actu verò non militans intra annum & diem 2. feud. tit. 52. §. sit. 55.* Favore militiæ & majoris impedimenti causa *Carpz. disp. feud. 6. posit. 40. Rosenth. de feud. cap. 6. conclus. 30. n. 7. Wesenb. de feud. d. cap. 8. n. 3. Bocer. d. tr. cap. 5. n. 7. ubi plures.* Hodie status Imperii renovationem investituræ intra annum petere solent *Constit. Carol. V. Imper. Zu Wormbs de anno 1521. Das Königl. Regiment betreffent. §. und behalten uns bevor das in einem Jahr einem jeden seine regalien zu empfangen gebühre.*

THESES. LXXVII.

Prædictum tempus numeratur à tempore vel mortis domini vel delatæ successionis in feudum *2. feud. tit. 24. pr. 2. feud. 40. pr. Carpz. d. l. Vult. d. cap. 7. n. 112.* Currit autem ex eo tempore quo comperit vasallus vel feudum sibi esse delatum, vel domino defuncto alium successisse *arg. 2. feud. tit. 9. §. 1. vers. porrò &c. Wesenb. de feud. cap. 8. n. 6. Vult. d. l. n. 111.*

THESES.

THE S. LXXVIII.

Tempus illud arctare vel prorogare dominus vasallo invito nequit, quia dilatio ex causa alicui concessa ipsi invito non est auferenda. *l. 2. l. 4. §. 5. de re judic. l. 5. Cod. ad Leg. jul. de adult. l. 41. §. 1. l. seq. ff. de verb. oblig. Schrad. tract. feud. cap. 7. part. 1. n. 36. Rosenth. cap. 6. conclus. 101. Vult. 1. feud. cap. 7. n. 102.* Et non debet permitti domino quod non permittitur ipsi vasallo *2. feud. tit. 6. in fin. 2. feud. 33. §. 1.* Potest quoque interesse vasalli ne illud tempus prolongetur *vid. Vult. d. l. n. seq.*

THE S. LXXIX.

Si vasallus non petat investituram intra tempus legitimum, feudum amittit *2. feud. tit. 24. pr. 2. feud. tit. 40. pr. & tit. 52. §. fin.* Nisi ex justa causa juvetur *1. feud. tit. 52. pr. vid. Schrad. d. part. 6. concl. 69. seqq. Vult. 1. feud. cap. 7. n. 103.* Quod & in ipso domino qui intra legitimum tempus vasallum petentem malitiosè differt, verum esse putatur, dominus enim & vasallus pares ad vices jure feudali sunt redacti *2. feud. tit. 6. §. fin.*

THE S. LXXX.

Vasallus ex investitura liberum jus utendi fruendi que consequitur *2. feud. tit. 23. in fin.* Hinc vasallus in re feudali utile habet dominium *2. feud. tit. 8. §. rei autem &c.* Ex quo fluit libera feudi administratio & facultas percipiendi indifferenter omnes fructus *2. feud. tit. 23. 45. & 55. §. firmiter &c.* Huc quoque spectant omnia incrementa quæ fortè fundo feudali accrescunt *Obrecht de feud. lib. 3. cap. 7. n. 24. Godofr. disp. 9. th. 1. L. C. Schenck. Baro ad tit. 4.*

1. feud. §. 5.

E 2

COROL.



COROLLARIA.

Finis jurisprudentia nostrae internus est interpretari leges; Externus vero justitia. Dissentit Hahn. in not. ad Wesenb. in parat. tit. de justit. & jur. n. 2. & n. 13.

Objectum jurisprudentiae generale est Lex; tria autem sunt specialia juris objecta persona scilicet res & actio. Dissentit Hahn. in not. ad Wesenb. in parat. tit. de stat. hom. n. 1.

Quoddam dominium est juris naturalis sive Gentium primarii. Dissentit Hahn. in not. ad Wesenb. in parat. tit. de justit. & jur. n. 14.

Præses quæ talis jus deportandi non habuit. Dissentit Hahn. ad prædict. Auth. tit. de offic. præsid. in princip.

Jurisdictio jure Justin. tam latè sumitur ut & merum imperium comprehendat. Dissentit Hahn. in not. ad Wesenb. in parat. tit. de jurisdict. n. 2.

Potestas

Potestas mittendi in bonorum possessionem est imperii mixti. Dissentit Hahn. ibid. n. 7.

Mutatio libelli post litem contestatam fieri nequit ut idem maneat iudicium.

Pactum est genus contractus.

Contractus innominatus ex se & sua natura efficax est ad obligationem jure civ. producendam. Dissentit Wesenb. ad tit. ff. de pact. num. 9.

Transactio est rei dubiae & litis incertae nec finita conventa decisio.

Spurius quàm spurius nec de jure nec de facto infamis est.

Generalis bonorum procurator alius est, cum libera, alius sine ea. Dissentit, Hahn. in not. ad Wesenb. parat. tit. de procurat. n. 3.

Conventio in societate ut alter nullam damni, aliquam verò lucri partem ferat, justa est & licita.

Matrimonium inter collaterales in primo gradu cum jure naturae pugnat. Dissentit Hahn. ad prædict. Wesenb. tit. ff. de Rit. nupt. n. 4.

Sumptus filii studiorum causa à parentibus
suppeditati minimè sunt imputandi.

Rerum incorporalium dominium proprie
non est.

Legislator furtum simplex tertium capite pu-
nire potest. Dissentit Ant. Matth. & Bachov.

Actio ad palinodiam non est criminalis.

Adulterium jure civ. in solutam non com-
mittitur. Dissentit Carpz. in pract. crim. quæst.
53. n. 60. & seqq.

Tortura est legitimus veritatem perscrutan-
tandi modus rectè rationi conveniens.

Litis contestatio malè à quibusdam in affir-
mativam & negativam dividitur.

Lex sive consuetudo quæ septem testes in testa-
mentis requirit, à lege divina aliena non est, et-
iam si hoc asserat pontifex in cap. 10. X. de testam
& ult. volunt.

Consensus populi & parœcianorum, de civi-
tatepforten, ad vocationem ministrorum requiri-
tur; quare si iustas recusandi habeant causas, iis
invitis pastor obtrudi nequit.

Statu-

Statutum de non alienandis bonis per subditos laicos in personas Ecclesiasticas sine superioris licentia, est rationabile.

Clandestina matrimonia dissolvenda non sunt. dissentit Carpz. in iurispr. consistit. lib. 2. tit. 3. definit. 23.

Primogenitus Electoris statim à morte patris sui, etiam investitur à nondum impetratâ, jus, vocem & potestatem eligendi habet.

Imperator Rom. cum Camera imperiali concurrentem habet jurisdictionem; quod tamen in territoriis statuum imperii negatur.

Imperator Rom solus causas in Camera pendentes advocare non potest.

Jurisdictio Camerae morte imperatoris non extinguitur.

Primogenitus naturalis modo legitimatus per subsequens matrimonium in Electoratu succedere potest.

Appellatio à principe malè informato ad eundem melius informandum permessa est.

Substan-

Substantiale feudi est ut ejus proprietas penes dominum remaneat.

Subinfensatio quâ vasallus feudum quod habet , totum vel eius aliquam partem alii in feudum concedit , licita est.

1. Lipsius , vir aliàs de litteratura optimè meritus , injurius est in imper. Justin. & Lothar. in suis monit. polit. lib. 2. cap. 10.

F I N I S.



X 261 5933

W 17





TIO
S
URA
MAXIM.
ORITATE
ICI,
MI ET
FORUM
I MAR-
MIA

g jure gradus
US Brandt/
s.
no 1668.
UM,
11, Acad. Typogr.

vol. 690)

II 16
1668, 1.
16

